

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

773

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

12. König Karl erlässt auf Klagen des Bischofs Etto von Straßburg u. A. wegen einreissender Simonie Bestimmungen über die Præbendenvertheilung an der Straßburger Kirche, die Bischofswahl und die Güterverwaltung. 773 April 18 Rom.

Carolus divina favente clementia rex^a. cum principem ac defensorem ecclesiarum nos
 5 fecit dominus, ne gratiæ ejus videamur esse ingrati, servitium ejus augmentare, bene et
 oportune instituta confirmare, emendanda reformare et sedata ubique discordia pacem concor-
 diam et tranquillitatem nos oportet restaurare. idcirco notum sit omnibus fidelibus nostris
 præsentibus scilicet et futuris, qualiter Etto venerabilis sanctæ Argentinensis ecclesiæ episcopus
 secum adducens magistrum suum bonæ conversationis virum^b Lullum videlicet^c Moguntinum
 10 metropolitanum et Johannem reverendum^d Constantinensem^e episcopum coram multis prin-
 cipibus^f celsitudinem nostram adiit flebiliter conquerens, suorum plerosque^g antecessorum
 episcoporum scilicet cum suis quibusdam canonicis, præpositis videlicet, decanis, ædituis,
 camerariis, cantoribus et scholasticis ecclesiastica potestate tantum abuti, ut, cum deberent
 simoniacæ hæresis veri extirpatores esse, imprudenter effecti sint injuriosi defensores. nam
 15 in datione præbendarum sub oblationis nomine quasi pro communi utilitate infinitam pecu-
 niam exigebant, quam non prout opus erat fratribus, sed secundum paucorum prædictorum
 voluntatem sibi tantum providentes inter se latenter dividebant. sed cum omne genus simoniæ
 ab Adriano papa suisque prædecessoribus dampnatum ac omnimodis amputatum cognovimus,
 placuit nostræ et astantium providentiæ, præfati Ethonis^h episcopi querelam sic modeste et
 20 utiliter temperare, ne utilitates ecclesiæ prorsus videamur destruere vel decretis patrum
 temere contraire. rogatu igitur fratrum ejusdem episcopii et consilio principumⁱ pacem et
 concordiam diligentium ac provido consensu episcoporum Lulli videlicet Moguntini, Ethonis^j et
 Johannis statuimus et regali nostra auctoritate confirmavimus, quatenus ingredientes, si digni
 judicentur scientia moribus et genere, ne appareant vacui in conspectu domini, de allode,
 25 quantum deo inspirante voluerint, matri ecclesiæ devote tribuant, vel si hoc defuerit, septem
 libras illius monetæ in caritatem et commune fratrum commodum voluntarie offerant, ut inde
 nostri memoriam agentes alacrius consolentur. episcopus verò et præpositus, ne hujus caritatis
 immunes habeantur, cum sint domini et magistri, tribus unceis auri donentur. præcipimus
 quoque, ne defuncto priore aliunde veniens sed de ipsius ecclesiæ gremio, si reperitur ido-
 30 neus, episcopus eligatur; sed si nullus ibi dignus, quod minime credimus, inveniatur, tunc
 primum alter aliunde assumatur, ita tamen, ne Romana majestas vel regalis honor offendatur.
 quem talem esse censemus, qui habeat vitæ meritum, sapientiæ doctrinam, castitatem,
 sobrietatem, non sit turbulentus, non iracundus et quanto magis extraneus tanto melius
 moratus, providus et consideratus nec patrum traditiones destruendo alicui fiat offensus vel
 35 molestus. volumus præterea res præsentis episcopi suorumque successorum in alio brevi
 determinatas^k a cunctis possessionibus fratrum sequestrari et non in mansionibus vel pernoc-
 tationibus uspiam ab eis inquietari, sed sine omni futura contradictione in præpositi et
 fratrum dispositione res claustrales inconvulsas manere. si quis autem episcopus dux judex
 potens vel impotens, spiritalis vel secularis hoc nostræ dispositionis et confirmationis decretum
 40 mutare et violare præsumserit et memorati episcopi possessiones minuere aut ullas violentias
 vel perturbationes pro his statutis nostris inchoare tentaverit, centum libras auri optimi per-

a) *Grandidier* Carolus gratia dei rex Francorum vir inluster. b) *Grandidier* anstatt magistrum
 —virum apostolicos viros. c) *Grandidier* om. d) *Grandidier* om. e) *Grandidier* Constans-
 tiensem. f) *Grandidier* om. g) *Grandidier* quosdam. h) *Grandidier* Ettonis. i) *Grandidier*
 45 multorum. j) *Grandidier* Ettonis. k) *Grandidier* om. in—determinatas.

solvat, medietatem fisco nostro, triginta archimandrite Moguntino, viginti Argentoratensi^a ecclesie. et ut hæc nostræ firmitatis auctoritas melius observetur, manu propria subterfirmavimus et bulla nostra^b signari jussimus.

Amalbertus^c cancellarius ad vicem Luitperti^d archicancellarii^e recognovit et subscripsit anno dominicæ incarnationis 773 indictione 11 anno gloriosissimi Caroli 5.

Actum Romæ in sancto die paschæ ipso papa Adriano sedente in sede sua; in dei nomine feliciter amen. data Romæ 14 kalendas maji^f.

Signum domni Karoli magni et serenissimi regis Francorum^g.

Aus Schüller Königsh. S. 495 nach dem verbrannten Original der lateinischen Chronik Königshofens f. 226 = Laguille pr. 18. Ebendarnach Länig VII, 3, 275 nr. 150; Grandidier Hist. de l'égl. de Strasb. II p. j. p. 109 nr. 65 mit Correcturen = Migne XCVII, 928. — Sickel Acta Karol. II, 435. Cfr. ibid. über die wahrscheinlich im 12ten Jahrhundert entstandene Fälschung.

13. Pabst Hadrian I bestätigt die vom Bischof Etho vorgenommene Theilung der Straßburger Diöcese in 7 Archidiaconate, sowie dessen Scheidung des dem Episcopat und dem Domcapitel zustehenden Vermögens. 773 April 19 Rom.

Adrianus episcopus servus servorum dei. convenit apostolico moderamini, pia religione pollutibus benivola compassione succurrere ac poscentium jus alacri devotione impertiri assensum. igitur omnibus sanctę dei ecclesię fidelibus presentibus scilicet ac futuris notum esse volumus, quia venerabilis frater ac coepiscopus noster Argentoratensis Etho nomine coram dilectissimo filio nostro Karolo rege Francorum nostro suggestit apostolatui, qualiter ipse pro allevando^h sui regiminis opere consilio ac consensu sapientioris totius suę dioceseos episcopatum Argentoratensem in septem archidiaconatusⁱ constituerit atque hiis singulis singulos archidiacones bonę vitę ac bonę conversationis in vice sua preposuerit, ut singuli cum suis archipresbiteris verbo ac exemplo precedendo subditos in lege dei utiliter instruerent ac episcopalem curam preter penitentium reconciliationem omnimodis gererent altaria concedendo, ecclesias judiciali ordine cum sigillo episcopi claudendo, clericos ab officio divino suspendendo ac, quecunque ipsi corrigere per se non valerent, ad presentiam nominati Ethonis vel suorum successorum emendanda deferre deberent, nec in alicujus episcopi foret potestate, aliquem de predictis fratribus de tali remove dignitate, nisi forte quod absit talibus facinoribus innodarentur, quod jure canonico ab omni episcopali vicaria merito deponerentur. preterea idem antistes nobis innotuit, qualiter omnes res episcopales a canonicorum prebenda sequestratas haberet, in quibus nulli episcoporum quicquam liceret facere nisi cum voluntate ac electione fratrum deo ibi famulantium, eis aliquem ex suis concanonicis preponere, qui die noctuque sollicitus res eorum sciret utiliter administrare, ac qui nullum fratrem sine justa causa vellet disturbare, ac tali cum debita obedientia maximus honor ac reverentia post episcopum ab omnibus exhiberentur ac cuncta beneficia claustris preter preposituras sua dispensatione fratribus, prout quisque opus haberet, distribuenter. nullum tamen episcopo quasi ex debito de hac fratrum prepositura facere deberet servicium, nisi quod sibi esset voluntarium, preter sententias canonicas, quas in sinodo ad causas daret singulas. pro supra-

a) Grandidier Argentinensi. b) Grandidier de anulo nostro. c) Grandidier Gilbertus. d) Grandidier Hitherii. e) Grandidier om. f) Grandidier datum in sancto die pasche 3 nonas aprilis anno dominicę incarnationis 774 indictione 12 anno 6 regnante domno nostro Carolo gloriosissimo rege ipso papa Adriano sedente in sede sua. actum Rome in dei nomine feliciter amen. g) Grandidier signum Caroli gloriosissimi regis gleich hinter jussimus. h) B alleviando. i) B archidiaconatus.